

Omnibus ex aliis, quorum tibi nomina famam
 Auxerunt, et qui didicere fideliter artes
 Ingenuas, unus celebrem se reddidit auctor,
 Plurima qui scripsit, commiscens utile dulci.
 In fastis hunc læta tuis Academia ponat
 Illustres numerans *Huliburton* inter Alumnos.

Non renuit Musa atque mihi libet addere plures
 Quos inter *Barclay* primum est dicendus et *Ingles*
 Et *Binney Jarvisque*: loco stat *Parker* in alto
 Dilectus *Thenadi*, et sociis non carior ullus.
 Stantque gradu simili fratres *Bliss* lumina legis.
Macaulay sequitur lingua bene notus *Hebræa*
 Gymnasii Præses subsellia docta gubernans.
 Impavidum veri patronum excludere nolim
Gray qui Scripturas defendit ab arte doloque.
 Tres fratres *Uniacke*, *Lawson*, binique *Priores*,
 Et *Reges* duo qui studii mernere coronam.
 Non gemini natu solo sed nomine *Twining*.
Jeffery par fratrum addantur, numeroque tot *Arnold*.
Clinch fere est solus musarum cultor amænus
 Ni *Claiborne* extollam ob carmina scripta Latine,
 Sunt *Wilkins*, *Porter*, *Cunningham*, *Fraser* et *Owen*,
 Sunt *Fairbanks*, *Cochran*, *White*, *Black*, *Shreve*, *Gilpin* et *Almon*,
Harris, *Clarke*, *Shannon*, *Ritchie*, *Dunn*, *Scovil* et *Hartshorne*.
 Insuper et multi percurrere nomina quorum
 Singula tæderet quanquam dignissima laudis.

Ne te detineam sermone diutius, oro
 Accipias animo dicta et dicenda benigno,
 Care mihi Præses. Liceat pauca addere multis.
 Alma, vale, Mater, studii juvenilis amica.
 Sit tibi cura docere artes præceptaque morum.
 Lumina diffundat Divina Scientia, donec
 Complures intra muros tua munera quarunt,
 Et vitium spernatur ibi, virtusque colatur.
 Ad fontem quicumque tui libavit alumnus
 Haustus jucundi memor est ubicunque superstes.
 Auditisque tuis lætatur rebus opimis.
 Dicendum est iterum

Valeatis Tuque Tuique.